

# Johannes

541

Jo. 14. b.  
Lu. 22. c  
Jo. 1. f.

dico vobis: qz vni⁹ er vobis tradz me.  
**A**spiciebant ergo ad inuicē discipuli.  
 heſitātes de quo diceret. Erat ergo re  
 cūbens vnus ex discipulis eius in sinu  
 iesu: quē diligebat iesus. **I**nnuit er  
 go huic simon petrus ⁊ dixit ei **Q**uis  
 est de quo dicit: Itaqz cū recubuiſſet  
 ille ſup pectus iesu dicit ei. **D**ñe quis  
 eſt? **R**ñdit iesus. Ille eſt cui ego intin  
 cū panem porretero. **E**t cū intinxiſſet  
 panē dedit inde ſimoni ſcariois. **E**t  
 poſt bucellā introiuit in eū ſathanas.  
**E**t dicit ei iesus. **Q**uod facis fac cū?  
**H**oc autē nemo ſciuit diſcūbentiuꝝ ad  
 quid dixerit ei. **Q**uidā enī putabāt qz  
 loculos hēbat iudas. qz dixiſſet ei ille  
 ſuſ. eme ea q̄ opus ſunt nobis ad diē  
 feſtū. aut egemis vt aliquid daret. **C**ū  
 ergo accepſſet ille bucellā. exiuit con  
 tinuo. **E**rat autē nor. **C**um ergo exiſſet  
 dixit iesus. **N**unc clarificatus eſt fili⁹  
 hominis. et deus clarificatus eſt in eo.  
**S**i deus clarificatus eſt in eo ⁊ deus  
 clarificabit eū in ſemetipſo. et cōtinuo  
 clarificabit eū. **F**ilioli: adhuc modicū  
 vobis cū ſum. **Q**ueretis me. ⁊ ſic dixi  
 iudeis. quo ego vado vobis nō poteſtis  
 venire. **E**t vobis dico modo. **V**ada  
 tū nouum vado vobis: vt diligatis inui  
 cē ſic vobis: vt et vos diligatis  
 inuicem. **I**n hoc cognoscent omnes  
 qz discipuli mei eſtis: ſi dilectōem ha  
 bueritis ad inuicē. **D**icit ei ſimon pe  
 trus. **D**ñe quo vadis? **R**ñdit iesus.  
**Q**uo ego vado non poteſ me modo  
 ſequi: ſequeris autē poſtea. **D**icit ei pe  
 trus. **Q**uare nō poſſum te ſequi mo  
 do. **A**nimā meam pro te ponā. **R**ñdit  
 ei iesus. **A**ni mam tuā pro me pones.  
**A**mē amē dico tibi. non cantabit gal  
 lus donec ter me neget.

### XIII

**E**t ait discipulis ſuis. **N**on  
 turbetur cor vſm. **C**reditis i

deum ⁊ in me credite. **I**n domo pa  
 tris mei manſiones multe ſunt. **S**i  
 quo minus dixiſſem vobis. quia va  
 do parare vobis locum. **E**t ſi abiero ⁊  
 preparauero vobis locum: iterum ven  
 tio ⁊ accipiam vos ad meipſm vt vbi  
 ſum ego ⁊ vos ſitis. **E**t quo ego vado  
 ſcitis: ⁊ viā ſcitis. **D**icit ei thomas **D**o  
 mine neſcimus quo vadis. **E**t quomo  
 do poſſumus viā ſcire? **D**icit ei iesus.  
**E**go ſum viā veritas ⁊ vita. **N**emore  
 nit ad patrem niſi per me. **S**i cogno  
 uiſſeris me: et p̄tem meū vtiqz p̄gno  
 uiſſeris. **E**t amodo cognosceris eum:  
 et vidisti eum. **D**icit ei philippus.  
**D**omine oſtende nobis patrem: ⁊ ſuffi  
 cit nobis. **D**icit ei iesus. **T**anto tem  
 pore vobis cū ſum ⁊ nō cognouiſtis  
 me: **P**hilippe qui videt me: videt et  
 patrem. **Q**uomodo tu dicis oſtende  
 nobis patrem? **N**on credis quia ego  
 in patre. et pater i me eſt? **V**erba que  
 ego loquor vobis. a meipſo nō loquor.  
**P**ater autem in me manens ipſe fa  
 cit opera. **N**on creditis quia ego i pa  
 tre: et pater in me eſt. **A**lioquin pro  
 pter opera ipſa credite. **A**men amē di  
 co vobis. qui credit in me. opera que  
 ego facio ⁊ ipſe faciet: ⁊ maiora horū faci  
 er: qz ego ad p̄ter vado. **E**t q̄ dicit qz pe  
 tieritis patrem in nomine meo hoc faciā  
 vt glorificetur pater in filio. **S**i quid  
 preterieritis me in nomine meo hoc faci  
 am. **S**i diligitis me: mandata mea  
 ſeruate. **E**t ego rogabo patrem ⁊ aliuꝝ  
 paraditum dabit vobis vt maneat vob  
 iſcum in eternum ſpiritum veritatis  
 quem mundus non poteſt accipere:  
 quia non videt eum: nec ſcit eum.  
**C**los autem cognosceris eum: quia a  
 pud vos manebit. et in vobis erit. **N**ō  
 relinquam vos orphanos: veniā ad  
 vos. **A**dhuc modicū. et mōs me i a n̄  
 videt. **C**los autē videtis me: qz egoviuo  
 ⁊ vos viuētis. i illo die vos p̄gnoſceris

ſup. 7. e.  
**C**  
 Cor. 4. d.  
 Ephe. 5. a  
 Phil. 3. c.  
 I. Ier. 4. b.  
 Jo. 26. c.  
 Jo. 14. d.  
 Lu. 22. c.

**B**  
 Eſa. 45.  
**C**  
 ſup. 5. f.  
 I. Jo. 6.  
**D**  
 Jo. 2. d.  
 Jo. 11. e  
 I. Jo. 5. b. et Jo. 6. f.

